



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 72. Andreæ Peretti de Montalto Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Status munia non sine ingenti pruden- Sæc. XVII.  
 tiæ ac integratatis laude obibat: de- A.C. 1629.  
 dum vero suffragantibns meritis a Cle-  
 mente VIII. Firmanus Archiepiscopus,  
 & paulopost Cardinalis renuntiabatur,  
 a Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII.  
 Successoribus tanto in pretio habitus,  
 ut ab eis passim appellaretur *Veneran-*  
*dus Senex, sacri Collegii deliciae, ac pa-*  
*triae suæ decus.* Vir enim erat, multa-  
 rum virtutum studio, humanitate, &  
 pietate clarus, multiplici doctrina ex-  
 cultus, cujus veneranda canities, oris-  
 que Majestas præclaris animi dotibus  
 conjuncta omnium in se oculos, ani-  
 mosque ita rapuerat, ut velut ævi sui  
 oraculum, ac Ecclesiæ ornamentum  
 coleretur, supremique Pontificatus di-  
 gnis honore existimaretur. Tandem,  
 postquam quinquaginta annorum cur-  
 riculo assiduis pro Sede Apostolica fun-  
 ctus laboribus erat, Romæ annos natus  
 septuaginta duos Purpuram cum vita  
 exiit, sepultus in Ecclesia sancti Syl-  
 vestri.

### §. LXXII.

*Andreas Peretti de Montalto Cardi-*  
*nalis extrema.*

Eodem hoc anno die tertia Augusti Ciacon. in  
 Romæ naturæ debitum solvit An- vita Clem.  
 Q 4 dreas VIII.

Sæc. XVII. dreas Baronus patria Picenus, qui in  
 A. C. 1629. Sixti V. familiam cooptatus, passim  
 Andreas Perettus de Montalto dicebatur. Juvenis erat bonæ indolis, facta  
 decora & amabili, moribusque suavissimis ornatus, & quamvis in literis non  
 multum profecisset, in Congregationibus tamen, quibus adscriptus erat  
 summa prudentia caussas referebat. Porro a Clemente VIII. Cardinalis, &  
 ab Urbano VIII. Tusculanus Episcopus renuntiatus, postquam magnam pecu-  
 niarum summam piis locis, pauperibus & domesticis suis legaverat, anno aetatis  
 suæ quinquagesimo quinto apud S. Petrum in Palatio suo defunctus, in  
 Liberiana Basilica tumulatus est.

## §. LXXIII.

*Caroli Madrutii Cardinalis mors.*

*Ughel. Ital. sacra tom. I. & 5.* Ejusdem Mensis die decima quarta iste  
 dem Romæ septuagenarius decepsit. Carolus Madrutius Nobilis Tridentinus  
 quam Ecclesiam annis novem supra vigineti administravit: Petente Rudolfo  
 II. Imperatore a Clemente VIII. Cardinalis, & ab Urbano VIII. Episcopus  
 Sabineus nominatus, ob morum suavitatem, animique candorem se subditus  
 æque ac Clero amabilem reddidit; erat etiam in amicos splendidus, in pau-